

Universitätsbibliothek Wuppertal

**L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue]
Roma=||norum libellus**

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-810)

V P.
nem & na
atis porro
um opera
oltra uel se
mi accerri
ient, inq
g clientu
rendi

IN LIBRVM DE MAGISTRA-
tibus Atheniensium Præfatio.



Ræcipua antiquorū omnium
quicunque de rebus humanis
præclare aliquid commentari
aut tractare uoluerunt, senten-
tia cōsuetudoq; fuit, ut antiqui
tatem ob oculos sibi tanquam
exemplar proponerent: merito sanè rati ea ratio
ne maiorem diuturnitatem suis adferre operi-
bus. Constat enim nimis crebro experimento, si
ne magna illa cum hominū, tum rerum publica-
rum disciplina, institutione & exemplo, ita infe-
liciter uersatos fuisse in suis tractationibus, qui
antiquitatis contempsere placita, ut qui in tene-
bris ea conati sunt opera exequi, quæ lucis potis-
simum adminiculo absoluuntur. Vnde egregij
rerum humanarum authores & instauratores,
ut secula semper proficere ostenderent, ea quæ
paucis & simplicissimè dicta, scripta, facta ue à
maioribus erant, uoluerunt aut laudando pro-
bandoq; extollere, aut addendo amplificare, aut
quadam adiuncta diligentia magis illustrare &
absoluere. Quum enim una origine olim pro-
ducti, aut ab illuionum conflagrationum ue
periculo seruati homines essent: necesse fuit post
iustum in primū habitatis locis acceptum in-
crementum, eamq; hominum multitudinem il-

hic natam, cui regio illa nataleq; solum alenda
 impar esset; illam inquam multitudinem in uar-
 rias traduci colonias: idq; diu post suæ originis
 tempora. Sic uerò dispersos homines sensim ita
 adoleuisse, ut congressu mutuo, & astutia (quæ
 ab asty, id est ciuitate, dicta est) cultioris uitæ u-
 sum paulatim reciperent, credi par est: quum iam
 scilicet illorum uix nomine fama'ue noti maio-
 res, conuersationis assiduitate uitam induerant
 docuerantq; humaniorem. Conuersationem e-
 nim & crebrum hominum concursum, omne
 uel ferocissimum hominū genus reddere man-
 suetius, nemo facile negauerit, cui recta adfit ra-
 tio. Nam quis dubitet quin eadem ratione loque-
 la, artes, ipsaq; comparatu difficillima uirtus, de-
 mum rerum omnium uerisimilitudo (quum ue-
 rum ipsum in occulto mortalibus lateat) summa
 indagine sensim inter mortales adoleuerit, eo
 modo quo perpetuò sibi constantis naturæ ope-
 ra solent lentius confurgere? Porro ubi aliquid
 incrementi in quodam solo acceperit, iam illam
 transplantari contingit, atque ita ad externos, uel
 commercio tantum familiares, rerum assiduo
 usu ab his passim ad alios transeunte, migrare
 certum est. Quis enim non credat opus fuisse
 ad leges condendas, & uirtutem ob oculos reue-
 ra ponendam longissimo tempore, quum illam
 ipsam uitij loco haberi apud multos certum sit,
 ut contrà uitium illius loco substitui, etiam pas-
 sim

PRÆFATIO.

sim uulgare: quum præcipuè uideat insolitorū
facinorum authores, artium instrumentorumq;
inuentores passim celebrari, & mortalium nu-
mero eximi, quòd scilicet in uita uel artis appen-
dicem reperissent. Inde deorum & falsæ persua-
sionis orta colluuiēs. Maximè itaq; patet secula
semper proficere (nisi uis prouidentia nobis con-
tra humanum iudicium utilissima, bello, fame,
peste, aut insolita ruina antiquitatem totam lite-
ris & hominum memoriae commendatam deleat,
& superstites principia quædā humilia age-
re doceat) inq; dies humanæ cognitioni quicquā
addi. Quibus rationibus adductus Plato, emen-
dandarum legum summū remediū scriptum re-
liquit, si uidelicet omnibus seculis (quibus uel
præstantissimas mortalium corrūpi, hominūq;
fraude & uersutia inuerti certum est) omnium
aut saltem præstantissimarum rerumpublicarū
leges moresq; in unum conferrentur, ac una uir-
tute duce & arbitra per prudentes uiros ex singu-
lis sumeretur quod ad mutuam omnium emen-
tationem faceret, unumq; corpus morbo uacās
componeretur: id ea sententia iudicans, quod
probandum susceperam. Res enim eo magis est
uegeta, quo altius egit radices. Vt igitur illa imi-
tatione etiam ego aliqua in re prodesse reipub-
licer, uolui è priscorum monumentis erutam
præstantissimam rerumpublicarum imaginem
Atheniensium politiam in manus hominum da-
re: cuius

AVTHORIS.

re: cuius & si exacta cōparatio cum nostra pro-
pter diuersam monarchiæ & democratiæ admi-
nistrationem fieri non poterit, spero tamen futu-
rum ut hinc aliquod remedium ad eius emenda-
tionem desumere possit. Atq; non tantum leges
Atheniensium à Romanis expetitas fuisse me ostē-
surum spero, sed & diuisionis populi, & magi-
stratum exempla inde sumpta clarissimis argu-
mentis me demonstraturum confido. Quia ue-
rò exemplis res humanæ, ut sentit Plato, aut con-
seruantur, aut instaurantur: non tantum compa-
ratione rerum nostrarum sum usus, uerum Ro-
manę, quandoq; Venetę, nō raro Turcicę, quas
ipsis in locis diligentissimè perspectas habui, cō-
parationes adducere uisum est: alioquin Turcicā
diligenter lingua Gallica conscriptam, Francisco
Valesio Galliarum regi præstantissimo, & Mar-
garetę illius sorori dicaui duobus libris: in quo-
um primò quę ad religionis persuasio nem et ce-
remonias attinēt, adq; iurisdictionem: in secun-
do, de Magistratibus & regio censu ad mini-
ma usque tractaui. Romanam & Venetam non
pauci scriptam reliquerit. Hęc nostra si minus ab-
solutè tractata prodierit, nemo æquus alieni la-
boris æstimator mirabitur, quū ire per extensum
huiusmodi funem primus rētauerim, remq; de-
perditā penè ab inferis reuocauerim. Adductus
porro sum in hęc tractationem, librorum quos
de ea inter cæteras res publicas scripserat Aristotē-
teles

PRÆFATIO.

teles, desyderio, quum nil eius operis præter cre-
bras apud uarios authores citationes extare iam
ante mille annos cõperi. Vnde nõ ex ipso autho-
re præter pauca, sed ex Demosthene, Æschine,
Isocrate, Libanio, Vlpiano Demosthenis inter-
prete, Polybio, Plutarcho, Harpocracione, & eius
notæ authoribus, uisum est Latinis potius malè
latine tradere, quàm tanta mea diligenia fraudare
cui sum natus remp. unica minus tersæ dictio
nis composita: ue orationis opinione. Per me igitur
præstantissimam reipub. speciem, operis præ-
stantissimi instaurationem, accipient literarum
Græcarum candidati, quibus ista scribimus: ex
qua non paruam lucem accessuram eius linguæ
difficultati spero. Nullum enim antiquitatis mo-
numentum potest exactè cognoscere, qui reip.

administrationis partes non cogno-

uerit. Sed de populo dice-

re aggredior.